

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Andreae Alciati Emblemata**

**Alciati, Andrea**

**Patavii, 1661**

Buxus. Emblema CCVIII.

[urn:nbn:de:bsz:31-127360](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-127360)

Buxus.

## EMBLEMA CCVIII.



**P**ERPETVO viridis, crispoq; cacumine Buxus,  
 Vnde est disparibus fistula facta modis.  
 Delicijs apta est teneris, & amantibus arbor:  
 Pallor inest illi, pallet & omnis amans.

## COMMENTARIJ:

**I.**  
**B**UXUS parvæ arboris similitudine  
 affurgit, caudice subinde humani cru-  
 ris, rarò femoris crassitudine: ramosa est,  
 & ad topiaria opera accommodatissima:  
 folia verò habet ferè myrti magnitudine,  
 duriora tamen & crassiora, rotundis lon-  
 giora, lævia & resplendentia. Materies li-  
 gni durissima & dēsissima quidem, sed ad  
 quævis operæ tractabilis, colore luteo pal-  
 lescentis; cariem ac teredinem nō sentit. Et  
 quia ex hoc ligno multiforatiles tibiæ &

pyxides fiunt, huc eadem appingi placuit  
 D. Pignorio.

**B**UXUS in folijs perenni est virore,  
 in ligno autem exanguis pallore, quo tamē  
 harmonice tibiæ excavantur, ad amatoria  
 carmina suaviter personanda; & alia mul-  
 ta ludicra pueris apta, & puellis amatis  
 gratissima. Sic & amatores viuaci amoris  
 calore, iuuenili vigore virent, biliosis affe-  
 ctibus suffusi pallescunt: voce autem &  
 sermone sunt blando & suavi loquēte De  
 hac

**II.**  
 Ex buxo  
 tibiæ fiūt.

hac arbore consule Plinium lib. 16. Natur. histor. cap. 16.

III.

PERPETVO viridis] Ovidius 10. Metamorph.

Perpetuoq; virens buxus, tenuesq; myrica. Crispaque cacumine] Huic proximum est illud Claudiani 2. de raptu Proserp.

Hinc: denso crispata cacumine buxus. Plinius. In primis vero materies honorata buxo est, raro crispicanti, nec nisi radice.

Buxus, & Buxum.] Dicitur Buxus, fœm. & Buxum, neutr. Virgilius 2. Georgic.

aut torno rasilis buxum. Vbi Servius ait, Buxum, pro ligno, Buxus, pro arbore dici: quamvis Ennij exemplo etiam arborem potuerit dicere neutro genere; sic enim ille in 7. Annal.

longiq; cupressi stant vestis solijs & amaro corpore buxi.

Bene dixit amarum, nam etiam mel, quod conficitur, vbi hæc arbor frequens est, insuauc, atq; amarum est, vt in Corsica tradit Plinius, & in Cyreua Theophrastus, hic lib. 3. cap. 15. ille vero lib. 16. cap. 16. Caper quoque distinguit, vt Buxus arbor intelligatur, Buxum vero materies. Interim hæc confundi sæpè animaduertas. Dicitur autem Buxus à Græco πύξος, παρά τὸ πικρὸν ἄσθου ἢ γὰρ πικρὸν ἄσθαι, διὰ τὸ πικρὸν τῆς ἕλης. Hinc derivatur πύξις. Pyxis, vasculum è buxo teres, excavatū, & in summa parte operculo clausum: & generaliter pro simili vase ex quaui materia confecto. Italicè, Boffolo, Boffolotto. German. Buchslib. Hispan. Buxetta.

Pyxis.

Disparibus fistula factis modis] Virgil. 2. Ecloga:

Est mihi disparibus septem cōpacta cicutis fistula.

Ovid. 8. Metamorph. sic rustica quoniam

Fistula disparibus paulatim surgit auentis. Et 2. Metamorph.

dispar septenis fistula cannis. Idem loco alio de tibia buxea:

Longaq; multifori deleūt tibia buxi. Item 6. Pastor.

Prima iurebrato per rara foramina buxo, Vt daret effeci tibia longa sonos.

Phrygum tibiae è buxo fuisse memini, vnde etiam buxus sæpè pro tibia buxea ponitur apud Poetas, συνεκδοχικῶς. Afrorant vero fistula è loto fuerunt, apud Iulium Pollucem.

Buxus pro tibia.

Delicijs apta est teneris] Amoribus blandis, & aliquando turpibus volutatibus. Ovidius se etiam tenerorum lusorem amorum vocat.

Pallor inest illi] Martialis 12. lib. 32. epigr.

Et non recentis pallidus magis buxo. Hinc apud eundem buxei dentes. & apud Columel. lib. 7. cap. 86. buxea forma. & apud Plinium, lib. 12. cap. 7. buxeus color. In Priapeijs:

Vnis aridor puella passis, Buxo pallidior, nouag, cera.

Quid. 2. Metamorph. cui protinus intima frigus

Ossa receperunt, buxoq; simillimus ora Pallor obit.

Et 4. Metamorph. oraq; buxo Pallidiora gerens exheruit.

Apuleius 1. de Asino aur. Eamque auidè elstantem aspiciens, aliquanto inferiore macie atq; pallore buxeo, deficientem video. Idem lib. 8. At ille modicum commoratus, refert sese, buxantiq; pallore ctepidus, mira super conseruo suo renuntiat.

Pallor & omnis amans] Cur amantes palleant, rationem reddit Marfilus Ficinus Comment. in Platonis conuiuium. Ouidius in amatorijs:

Palleat omnis amans; color hic est aptus amanti.

Carullus de amasio quodam: in aurata pallidior statua.

Horat. 3. Carin. 10. Nec tinctus viola pallor amantium.


B v r v s quorundam amantium vitam & conditionem refert. Vt enim est fronde semper viridi & pallida, ex cuius etiam ligno fistula optime conficiuntur: ita interno quodam vigore & vetrantis ætatis affectu viuunt quicunq; se amori dedunt, pallorem tamen contrahunt, huic affectui peculiarem, quodd singulis penè momentis reformident, ne spe concepta cadant, vel turpem quam sibi fingunt, repulsam patiantur. At quidem nihilominus hilarem præ se vultum ferunt, vt blandum & festiuum sermonem, semperq; aliquid cantuum, aut legunt taciti, aut meditantur studio, vel etiam scribunt aut recitant adpellendos ex animo mærores, aut exprimenda ea quæ ipsi concipiunt. Claudianus illud non est alienum à pallore amantium; qui

Pallor buxi.

Amantes palleant.

IV. Amantium conditio per buxum representata.

qui de m... Ego que... hic d... epigram... Omis... si bu...



qui de nuptijs Honorij & Mar. *Gratus*  
*mentum pallor*, Et Naso 4. *Metamorph.*  
*Palles: facis hunc amor ipse colorem.*  
 Ego quoq; dum me meus ardor habebat,  
 huc *avros xedias* aliquando allusi tali  
 epigrammate:  
*Omnis amans palles, palles studiosus &*  
*omnis:*  
*Si studiosus amat, nonna cadaver eris?*

D. Ambrosius lib. 3. in Hexaemero cap. *Locus D.*  
 13. hac de Buxo: Buxus elementorum  
 apicibus utilis exprimendis: levi materia  
 vsus manus puerilis informat. Unde ait  
 Scriptura: Scribe in buxo. simul ve admo-  
 neat te ipsa materia, quæ semper viret, neq;  
 vnaquam folijs exuitur suis, ne vnaquæ spes  
 tuæ dissimulatione auderis, sed semper tibi  
 per fidem germinet spes salutis.

Epigram-  
 ma Thui-  
 ly.

Amygdalus.

EMBLEMA CCIX.



**C**VR properans folijs pr amittis Amygdale flores?  
 Odi pupillos præcoci ingenij.

COMMENTARIIL

I. **A**MYGDALVS. Persicæ similitudi-  
 nem refert, arbor tamen est proce-  
 rior, caudice crassior, & vita diuturnior.  
 Folia eius oblôga, acuminata, marginibus

crenata, qualia Persicæ. Flores similes. Fru-  
 ctus quoq; Persicum æmulatur fissuram  
 ab vna parte instar rimæ habēs, & exteriore  
 cute molli, araneosaque quasi lanugine  
 obductis.